



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Agenda, Sev Ritvale Osnabrvgense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Benedictio loci.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

misericordiam tuam. Gloria Patri , & Filio,  
& Spiritui sancto. Sicut erat &c. & repetitur  
*Antiph.* Asperges me Domine, &c. *Vers.* Do-  
mine, exaudi orationem meam. *Resp.* Et cla-  
mor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vo-  
biscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**E**xaudi nos, Domine sancte , Pater omni-  
potens, æterne Deus ; & mittere digni-  
ris sanctum Angelum tuum de cælis, qui cu-  
stodiat, foveat, protegat, visiteret , atque de-  
fendat omnes, habitantes in hoc habitaculo.  
Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.  
*Deinde asperget aquâ benedictâ.*

Benedictio Loci.

*Vers.* Adjutorium nostrum in nomine Do-  
mini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Do-  
mine, exaudi orationem meam. *Resp.* Et cla-  
mor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vo-  
biscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**B**enedic **†**, Domine Deus omnipotens ,  
locum istum, (domum istam,) ut sit in eo  
(ea) sanitas, castitas, victoria , virtus, humi-  
litas, bonitas , mansuetudo, plenitudo legis,  
& gratiarum actio Deo Patri, & Filio, & Spi-

ritui

ritui sancto ; & hæc benedictio maneat super hunc locum , & super habitantes in eo , nunc & semper. *Reſp.* Amen. *Et aspergat aqua benedicta.*

*Alia benedictio domus nova.*

*Vers.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Reſp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**T**E Deum Patrem omnipotentem suppli-  
citer exoramus pro hac domo , & habi-  
tatoribus ejus ac rebus ; ut eam benedice-  
re **†** & sanctificare **†**, ac bonis omnibus am-  
pliare digneris : tribue eis, Domine, de rore  
cæli abundantiam , & , de pinguedine terræ,  
vitæ substantiam ; & desideria voti eorum ad  
effectum tuæ miserationis perducas. Ad in-  
troitum ergo nostrum, benedicere **†** & san-  
ctificare **†** digneris hanc domum , sicut be-  
nedicere dignatus es domum Abraham, Isaac  
& Iacob: & , intra parietes domus istius, An-  
geli tuæ lucis inhabitent, eamque & ejus ha-  
bitatores custodiant. Per Christum Domi-  
num nostrum. *Reſp.* Amen. *Deinde aspergat aqua benedicta.*